

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Documetum 14

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

quique tunc etiam dilexit nos, cum ipsi nos ipsos odiremus
de perderemus. Et quia amare nos non desistit etiam
cum ipsi per inobedientiam epeimus contrarij, multo
magis fidere iam licet, et nos alijs et amaturum
et auxilio futurum, nobisque necessaria cuncta pro-
staturum, quando ipsum amare, ipsi obedire volumus.

Documentum 14.

Regnum tenebrarum princeps ille nequam, cum
ab initio captivum hominem reddidisset animam
tanquam hominem circumdedit, et vestivit potestate
tenebrarum. Et faciunt Cingit illum Regem, et
inducant illum vestimentis regis, et a capite usque ad
ungues gestet regia vestimenta. Ita peccato in-
ducit animam, et totam eius hypostasin princeps ille
improbus, totamque maculavit, penitusque captivam
in regnum suum reddidit: non reliquit illum ipsius
membrum a se liberum, non cogitationes, non mentem,
non denique corpus, sed induit eam purpureo teneb-
rarum amictu, quemadmodum enim corpus non in
parte aliqua aut membris patitur, sed totum undique
patibile est, sic et anima tota nequitia et peccati affectio-
nibus est obnoxia, induit igitur ille nequam animam
totam. Cuius quae hominis est praecipua pars et membrum
malitia sua, hoc est peccato: atque ita factum est, et corpus
passioni atque corruptioni obnoxium est. nam cum ait
Colos. 3. Apostolus: exiit veterem hominem, integrum dicit: nem-
pe oculos habentem, oculis suis adiectis, caput capiti,
aures auribus, manus manus, et pedes pedibus: totum
enim hominem, animam videlicet et corpus, improbus
ille maculavit. Distorsit itaque et induit hominem veteri
homine et pollutum, impuro, satque Dei inimico, nec Legi Dei
subdito, nempe ipso peccato: ita ut iam non videat homo
pro. i. quemadmodum ei libet, sed perperam videat, atque au-
diat, habens pedes festinantes ad malum perpetrandum,
et manus paratas ad iniquitatem admittendam, cor
etiam cogitans prava. Deprecemur ergo nos quoque
Dominum, ut exuat nos hominem veteri, quia solus ille
potest a nobis auferre peccatum. Non fortiores nobis
sunt, qui nos captivos duxerunt, et retinent in suo regno:
Dominus autem pollicitus est, se liberaturum nos ex hac
servitute, quemadmodum enim sole buccente et flante
vento, sol quidem proprium corpus habet, et propria
naturam, itidem et ventus naturam suam, et solum
corpus habet: nullusque potest separare ventum a sole,
nisi solus Deus sedaverit ventum, ne flet amplius.

117
sic et peccatum anima permixtum est, cum alioquin
utrinque propriam naturam habeat.

Est igitur impossibile animam a peccato separa-
re, nisi Deus cessare faciat, et statat improbum illum
ventum habitantem in anima et corpore. Item sicuti
cum quis nam videns avem volantem velit, et ipse vola-
re, huius non potest, cum alas non habeat: sic et homini
quidem adiacet velle purum esse, irreprehensibilem,
et immaculatum, et nihil habere in se vitij, sed semper
esse cum Deo: facultatem autem non habet volare qui-
dem in aërem illum divinum, atque libertatem sancti
spiritus consequi desiderat, atque nisi alas acciperit,
id non potest. Obsecramus itaque Deum, ut det nobis alas
columbæ sancti spiritus, atque ita ad eum volare possi-
mus, et requiescimus, ut etiam separet ab anima et corpo-
re nostro, et extinguat improbum spiritum, ipsum
videlicet peccatum habitans in membris anima, et
corporis nostri, hoc enim solus ille potest facere. Ecce
enim ait agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: solus in-
quam ille misericordiam hanc exercuit erga homines
credentes in eum, quod redimat ab iniquitate: et in eos
qui expectant semper ac sperant, et quaerunt a seip-
sorum inenarrabilem hanc conferat salutem. perinde ac in
atrâ et obscurâ nocte, cum flat ventus quidam acer-
bus, plantas omnes et semina commovet, impellit, et agi-
tat: sic et homo cadens sub potentiam noctis tenebrarum
diaboli, et agens in nocte, et tenebris, concutitur gravi
vento peccati flante, cietur, commovetur, et agitur
per universam terram, in anima videlicet, in cogitatio-
nibus suis, et mente: omnes denique partes corporis
concutiuntur, neque pars ulla corporis aut anima im-
munita est, quæ non sit affecta ab inhabitante in nobis
peccato. Itaque dies lucis similis est, ventus autem di-
vinus spiritus sancto similis, perflans et vivificans
animas degentes in die tenebrarum divini, penetrans
universam hypostasim anima, ac cogitationes, et vivi-
ficans substantiam omnem, et omnes corporis partes,
faciens illas quiescere requie divina, et ineffabili.
hoc dicebat apostolus: nos non sumus filij noctis neque i. thep. s.
tenebrarum, omnes enim vos filij lucis estis, et filij diei.
Et quemadmodum illic in viâ erroris, verus homo per-
fectum hominem exivit, ita ut ferat indumentum requie
tenebrarum, indumentum blasphemie, infidelitatis,
audacia, vana gloria, arrogantia, insipientia, concupis-
centia, et reliqua eiusmodi requie tenebrarum pannosa
ornamenta, impura et polluta: ita vicissim hic qui-
cunque exierunt veterem atque terrenam hominem, quocumque

Jesus exuerit vestimentis regni Tenebrarum, induerunt illi
novum, et caelestem hominem Iesum Christum. Hoc rursus
simili modo, ut oculis accedant oculis, aures auribus, capiti caput
ut totus purus sit, et gestans imaginem caelestem. proinde
induit eos Dominus, indumentis regni lucis arcana, indumentis
fidei, spei, dilectionis, gaudij, pacis, bonitatis, benignitatis,
et reliquis consimilibus indumentis lucis et vite, Divinis
et vivis, plenis quiete ineffabili, et quemadmodum Deus.
Dilectio est gaudium, pax, clementia, et bonitas, talis et
novus homo fiat per gratiam. Et quemadmodum regnum
tenebrarum, sive peccatum absconditum est in anima usque
ad diem resurrectionis, quando et ipsum corpus peccatorum
revelabitur una cum tenebris in anima modo latenti-
bus: sic et regnum lucis, ac caelestis imago Iesus Christus
mystice quidem nunc animam illuminat, et regnat in
anima sanctorum, absconditus ab oculis hominum. Et solis
oculis anima Christus vere videtur, usque in diem resur-
rectionis, quo corpus ipsum revelabitur, et glorificabitur
lumine Domini, quod nunc latet in anima hominis, et
et ipsum corpus una regnet cum anima hominis, quo iam
nunc adeptus est regnum Christi, qui seorsum et illustrata
lumine eterno gloria sit misericordiae, et commiserationis
ipsius, quia miseretur servorum suorum, et illuminat et
liberat eos e regno tenebrarum, et elargitur illis lucem
et regnum suum.

Documentum 15.

Credentem, à Deo postulare convenit, ut immutetur,
inventione sua per mutationem cordis a acerbitate in
dulcedinem immutata: ac in memoriam revocare quod
pacto sanatus est cecus, et idem quo sanguinis fluxum
patiebatur, facta sibi vestimenta sanitatem est adep-
ta, Leonum naturam mansuetam facta est, et ignis extinguita na-
tura. Nam Deus summus bonum est, in quem mentes
et cogitationes colligere. Debes aliud quicquid nihil animo com-
pleri, quam expectationem eius. sit igitur anima, veluti
quae filios errantes cogit, et castigans cogitationes per pec-
catum dissipatas, inducat in domum corporis sui, semper
expectans Dominum cum jejunio et dilectione, quando ve-
nions vere colligat eam. Cum autem futurum sit incer-
tum, eò amplius speret in gubernatore spe recte
collocata: ac recordetur quomodo Rahab cum alieni-
genis agens, credidit Israelitis, eorumque societate dignata
est, Israelitis vero desiderio reverji sunt in Aegyptum.
quemadmodum ergo ipsi Rahab nihil nocuit, spoliata
suum alienigenis, sed fideliem eam reddidit idoneam

Jos. 2.
Matth. 9.

Jos. 2.